UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Baldi Pervsini Commentariorvm In Pandectas Tomvs ...

Vndecim priores pandectarum libri hîc explicantur

Baldus

Lvgdvni, M.D.LVIII.

Ad legem aquiliam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-95903

Visual Library

non delinqunt. vt ſtatim dicet in verſi. nec enim. ¶ In textu ibi, ſenſu. i. intellectu. ⁊ not. nouem ſenſus pro intellectu poni. ¶ In tex. ibi, iniuriarū aget que actio eſt alteri⁹ nature: quia in ea non poteſt dari animal pro noxa propter culpam hoīs. ¶ In tex. ibi, tenebat ex quo fuit in culpa. ⁊ no. ꝯ ruſticos qui nō tenēt canes bñ ligatos; qd ſi canis dat damnū: puta in vinea tenet ad integrā emēdationē damni. Si aūt ruſtico nulla culpa pōt imputari: pōt dare canem pro noxa ſi nō vult dānum reſtituere. ¶ In tex. ibi. ꝯtra naturā gñis nō ſpeciei. vt ſ. in ver. puta. vel ibi de cōſuetudine nō de natura. facit. ſ. de poſtu. l. j. §. beſtias. ¶ In tex. ibi, ceſſare. contra dñm equi.

Siue autem. Facit iſte ver. qd ſi aliqs currens ſup equo occidit aliquez perinde
a punit acſi occidiſſet gladio.[a] vt hic in vbo obtinuit ſm Jac. vel ſuis manibus interemiſſet. Bald.

In beſtijs. ¶ No. ꝙ naturalis feritas nō venit in iſta actiōe, eſſet enī quodāmodo redarguere ipſaz naturam. Item propter rationem litere. quia nō punitur vitium naturale ſeu nature.

Cum arietes. ¶ In text. ibi, cōmiſiſſet. ſ. preliū vel pugnam. ¶ In tex. ibi, occiderit. ſ. in rixa. ¶ In tex. ibi, aggreſſus erat. i. q aggreſſum fecerat cōtra aliū. Frā. ac. ¶ In tex. ibi, nō ꝓuocauerāt. ſed inſultatus fuit. ¶ Not. hic debere diſtingui qs inſultauerit: qꝛ ſemp inſultatus preſumitur feciſſe ad fenſionē, que cū ſit licita de iure nature ita eſt licita animalibus ſicut hominibus. Bal. ¶ Querit glo. quid ſi non apparet quis inſultū fecerit? dicit gl. quod debet ſequi abſolutio de vtroqꝫ. doctores dicūt contrarium. vide glo. ⁊ dic in ca. ibi dum dicit. §. cū ſacramenta. ſed ibi non cōſtabat qd vnus alium euerterit: hic aūt cōſtabat. Et ideo qꝛ alium euerterit preſumit offendiſſe. vñ iſto ca ſu opꝫ ꝙ probet factū ad defenſionem: alſ puniretur ꝑcuſſor loquor in hominibus, ⁊ ſimiliter in animalibus poſſet agi rōne percuſſionis niſi probaretur factuꝫ ad defenſionem ſeu ad defenſam quia in delictis ſemper preſumitur offenſa niſi contrarium probetur. Et ideo etiam ſi duo inuicem ſe percuſſerunt vnus alterū ⁊ alter alterū in dubio nō fit abſolutio: ſed vterqꝫ cōdemnabitur. vt. j. ad. l. aquil. l. quemadmo. §. ſi nauis altera. ⁊ facit quod not. in. l. j. C. de ſica. ⁊. j. de ſica. l. ſi in rixa. ſm Richar. ma. ⁊ vide ibi per Bar. ⁊ Bal.

Et cum etiam. Noxales actiones ſequuntur poſ. ⁊ animal debet dari pro noxa viuum, ⁊ ratione mendacij perditur beneficiū. h. d. vſqꝫ ad. §. ſi poſt litem conteſta. ¶ In tex. ibi, ſi in iure. ergo ſecus ſi mentiretur extra iudicium. Bal.

Si poſt litem. Interit⁹ aīalis ꝑ quo eſt i aliū regreſſus non liberat dominuz ab actiōe de pauperie: ſed tenet cedere iura. h. d. Vel ſic, Interitus ſpeciei q̄ nō eſt in obligatione, ſed in beneficio ſoluendi nō liberat debitorē poſt lit. cōteſta. h. d. ſm glo. ⁊ eſt. §. no. ⁊ iō tibi ſummaui. ¶ In tex. ibi, dño. ſ. quadrupedis. ¶ In text. ibi, lit. damni qd dedit quadrupes. ¶ Not. hic ꝙ qs cedendo iura liberatur ⁊ qd actio ceſſa ſuccedit loco rei. h. d. Bald.

Hanc actionem. ¶ In tex. ibi ſucceſſiōis. i. tanqꝫ contra poſſeſſorez, alias ſucceſſorem. qd dic vt. j. de preto. ſtipu. l. ij. §. ſi.

Additio Baldi.

SI quadrupes. Si qs iuenit pecudē alienā in ſuo damnū dantē vtrū ſua autoritate poſſit capere ⁊ loco pignoris detinere? dic quod ſic ad inſtar manifeſti
c furti. maꝫ is eſt manifeſtus fur qui in furto capitur. inſtit. de obliga. ex delicto. §. furtorū. ⁊ ſic ſe hꝫ conſuetudo ſm Obert. Augu. quod in homine dānū dāte poſſam capere in crimine ⁊ detinere donec ſatiſfaciat dānū. pre. in quolibet crimine cōprehenſus in crimine pōt detineri propria autoritate. vt. j. de adulte. capite quinto. de furtis interdū. §. qui furē, ⁊ ibi de cōdi. ob cauſam. l. p. pre. in depopulatore agrorum cōcedit qñqꝫ ex interuallo vt ſi de nocte vadat depopulādo agros vt. l. j. C. qñ vnicuiqꝫ liceat ſe ſine iudice vendicare. ¶ In glo. que incipit dño bonis in fin. Sed ibi non conſtat vñ credo qd in hoc caſu oporteat ſuperſtitem probare ad defenſionē feciſſe alias puniatur. C. de ſica. l. j. ⁊. j. ad. l. aquil. q̄ſitū. §. ſi nauis alteram, Richa. facit ⁊ vide. j. ti. j. in fi. ſi ex plag. tabernarius. C. de ſica. l. ij. ff. ad. l. corne. de ſica. l. ſi in rixa. ¶ In gl. q̄ incipit, ibi maxime. qꝛ tenet ratiōe more nō eo quod habet actionē. Jac. bu.

HEc actio. ¶ In text. ibi, pati. ¶ Not, qd quis damnum patitur eoipſo quod alij tenetur ad cōcordiam, ſ. de negotijs geſtis. l. ſi quis mandato.

Si quis. ¶ In tex. ibi, euitās magiſtratū forte. putabat familiā rimando ꝑ armis. ⁊ ideo iſte qui habebat arma intrauit domum ne ſibi inuenirent arma ⁊ adde. j. de fur. l. ſi quis in ſeruitute. ⁊ ideꝫ pōt exemplificari de eo qui timebat capi pro debito ⁊ in ſimilibus. ¶ In tex. ibi putaui ſummam diligentiam adhibitam a domino canis.

EX hac. ¶ In tex. ibi, agi poſſe nō rōne totalis intereſſe: qꝛ eſt infinitū: ſꝫ rōne particularis vt ſtatim dicet. ¶ In tex. ibi, eſſet. ſ. in futuruꝫ. ¶ Nota quod deformitas ſiue cicatrix que idem eſt qd apparēs deformitas ſiue vituperatio eſt ineſtimabilis in libe. homine.

HEc actio vtilis. In caſu ſimili expreſſo cōpetit vtilis actio. h. d. ⁊ vide qd no. Cyn. in. l. j. in. ij. q. C. vti poſ. ⁊. ſ. de neg. geſ. l. actio. In caſu auteꝫ expreſſo vel tacite ſubintellecto ex mente. l. competit actio directa ex verbis ⁊ mente tantum. vt. j. de verb. ſigni. l. nominis ⁊ rei. §. verbum. ⁊ inſtitu. de legitima. patro. tut. ⁊ ar. j. de vulg. ſubſtitu. l. iam hoc iure. Bald.

a ¶ Gladio. limita vt p flo. in. l. ſi putator. j. tit. pxi. ⁊ adde ſali. in. l. nō ideo min⁹. C. de acti. vbi ēt flo. ⁊ in. l. qui foueas. §. ſi nauis. j. tit. pxi. ⁊ hic. ⁊ An. aret. i tract. maleſi. vſi. ſciente doloſo. in. ij. col.

¶ Ad legem aquiliam. Rubrica.

¶ Dictio de actione que proſequitur damnuꝫ datum a quadrupede: hic dicit de actione que proſequitur damnum datum ab homine.

Additio Baldi.

b ¶ Qualiter in hac actione formetur libellus.[b] vide in Spec. de iure inr. §. ſequitur. Bald.

b ¶ Formetur libellus. Adde floria. ō ſancto petro hic qui ample materiam tractat.

LEx aquilia Not. ꝙ lex poſterior derogat legib⁹ p̄orib⁹. Circa qd dic qd eſt verū ſi habet clauſulam derogatoriam vel ſi ſunt leges ꝯrie. Si autem ſunt. ll. diuerſe nō derogat poſterior priori etiā ſi habeāt ſe vt genus ⁊ ſpecies. vt no. j. de accu. l. ſenatus cenſuit. C. de ſepulchro vio. l. q ſepulchra. j. de ac. ⁊ ob. l. quoties. vnde in diuerſis legibus ſpecialis prouiſio non derogat generali. ſecus in ea. l. quia tūc ſpecies derogat generi. quod dic vt not. doct. j. de penis. l. ſanctio legum. ⁊ ita diſputando tenuit do. Ray. de forliuio. ¶ Itē no. l. iſtam ad ſtatuta noſtra noua que caſſant vetera.

LEgis aquilie. ¶ In gl. q̄ incipit: ſꝫ q̄ eſt. in fi. appet ergo qd in. l. aquilia nō cōſiderat anim⁹: ſꝫ magis euentus ⁊ euentu maius eſt delictum homicidiū q̄ vulnus: ſed. l. cornelia de ſica. magis cōſiderat animū quā euētū. vt. l. is qui cū telo. ſtatuta vero ⁊ cōſuetudines locorū cōſiderant magis euētum. vt not. per Cy. in. d. l. is q cū telo. que cōſiderat factū. ⁊ qñqꝫ ſufficit ſolum factū in eis etiaꝫ ſine dolo. qd dic vt no. doct. Moderni in. l. j. §. j. j. ſi quis teſtō liber eſſe iuſ. fue. ⁊ ibi per Bar. vbi declara vtrum in penis ſtatutarijs requiratur dolus tene menti. Bald.

Elephanti autem. ¶ No. qd quando aliquid eſt mixtum accipimus de eo partem potiorem. h. d. Bald.

1 ☞ Homicida eſt priuatus omni officio.

1 **SI ſeruus.** ¶ † No. arg. dicit ſtatutum qd homicida ſit priuatus oī officio. Mō qdā occidit hominē iuſtitiā exequendo vtrū erit ꝑuat⁹? ⁊ dic qd non: qꝛ nō dr̄ occidere
c ipſe ſed lex.[c] vt. j. de ritu nup. l. palā. §. ſi. facit qd no. j. de ꝓba. l. cū ꝓbatio. ⁊. C. qd met. cau. l. accuſatiōis. C. de his q ad eccle. confu. l. ſi ſeruus. nā hoc ſtatutū eſt intelligēdū de homicidio punibili non de homicidio permiſſo qd penam non meretur.

c ¶ Lex. Adde frā. aret. in. l. de curiones. in fi. ex q. cauſ. infa. irroge.

1 ☞ Aduerſus piculū pſone cuilibet eſt pmiſſuꝫ ſe defendere.
2 Malefactorem qui capere poteſt eum occidere non debet.
3 Malefactor quacunqꝫ hora capi poteſt.

1 **ITaqꝫ ſi ſeruū.** ¶ † No. qd aduerſus piculū pſone cuilibet eſt pmiſſuꝫ ſe defendere ēt aliū occidēdo: ſꝫ pp periculū rerū nō ſemp hoc lꝫ: ſed adhibet quedā diſtinctio diei ⁊ noctis. vt in. §. j. ⁊ vr̄ īminere piculū pſone ꝙ eoipſo qd armis impellit. l. ſꝫ ⁊ ſi q̄cunqꝫ. in ꝑn. qꝛ vſus armoꝝ affert iuſtū metū mortis qd nota. Itē ſi cōcurrit vtrūqꝫ periculū. ſ. perſone ⁊ rerū ēt tūc lꝫ occidere ſuū inimicū, vt in ver. ⁊ ſi me-
2 tu. l. ſed ⁊ ſi quecūqꝫ. ¶ † Ulterius no. in v̄. ſi naūt. l. ſꝫ ⁊ ſi quecūqꝫ. qd ille qui poteſt capere malefactorē non dꝫ eū occidere vel aliter offendere. facit. l. ſi. C. de ma. ⁊ Mathe. ſi aūt malefactor velit reſiſtere ſi qdē volēs capere vtit iure ſuo pōt ipſum impune occidere. vt, C. ō his q ad eccleſias ꝯfugiūt. l. ſi ſeru⁹. ⁊ in. l. itaqꝫ. §. j. Si autē vtat iure publico non videt hec licere:

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

§ vt in.d.l.ſi.de male.⁊ mat.¶†Deinde no.hoc arg.qd malefactor poſſet capi in ipſo maleficio ſiue de die ſiue de nocte quod eſt verũ ab iniuriato vel damnũ paſſo:ſed an ab alio:vr̃ qd ſic vt.ĩ.de fur.l.ſi quis in ſeruitute.tñ nõ inuenitur hoc niſi in fure ⁊ in adultero:vt.ĩ.de adul.l.capite qnto.Inno.dicit hoc generaliter in quolibet.extra de ſent.excõ.c.vt fame.põt dici ꝙ in publicis criminibus ſit licitũ cuilibet capere ⁊ ius reipublice tueri ſecus in priuatis.nam ſi non licet capere in iudicio:ergo multominus licet capere de facto.¶Deinde not.qd licet homines conuocare ⁊ concitare contra malefactorẽ.¶Item not.qd vox aggrauat delictum. Bald.

Additio Baldi.

Itaq̃. In text.ibi lex.xij.vide in Specu.de accu.ij.qualiter.v.hoc tñ fallit.¶In tex.ibi deprehenſum.¶No.ꝙ furem fugientẽ cuz re mea poſſum capere ⁊ detinere.⁊ loquitur qñ eſt deprehẽſus in flagrãti crimine.⁊ facit.ĩ.de adul.l.cap.v.⁊ no.inſtitu.de act.in prin.Et no.de fugitiuo tria tempora.ſ.ante fugam.⁊ de hoc no.ĩ.de hoc no.ĩ.de pig.q̃ſitum.C.de pig.act.l.pe.C.de ſer.l.ſi.in fuga.⁊ de hoc cũ ſimi.poſt fugan.⁊ de hoc inſti.de act.in prin.no.

Sed ⁊ ſi. Expediui tibi.s̃.cum.l.ſequenti.hoc principium.

1 ☞In actione legis venit culpa.
2 Furioſus ⁊ infans non ſunt capaces delicti.

1 **Iniuriam.** In text.ibi,cõtumeliam.ſcilicet examino.¶†In tex.ibi factum eſt etiam culpa.quod dic vt.s̃.de vſufru.l.ſi cui⁹.§.de preteritis.⁊ de dolo.l.⁊ eleganter.§.ſi quadrupes.¶Nota ꝙ in actione.l.aquilie venit non tantum dolus ſed etiam culpa,ſed in actione iniuriarum venit dolus tantum.Itẽ in aquilia agitur ad damnum,in actione iniuriarum agitur ad vindictam ⁊ ſapit inſtar cauſe criminalis vt infra de iniurijs.l.pretor edixit.§.j.
2 ¶Secundo not.quod furioſus ⁊ infans nõ ſunt capaces delicti ſicut nec animalia bruta.⁊ ideo factum ab eis ſit impune:quia eſt factum ſine dolo ⁊ culpa.nam caſus fortuitus nunꝙ punit̃ per moduz criminis.facit ſupra de officio pſi.l.diuus.

Si magiſter. ¶No.qd graui⁹ delictum eſt occidere ꝙ oculum effodere vel debilitare.¶Item not.qd magiſter vel preceptor inobedientez
a diſcipulũ põt corrigere correctione moderata[a].Si autẽ excedit modũ tenet̃ non tanꝙ doloſus:quia nõ preſumitur in eo dolus ſed tanꝙ culpabilis.qd eſt not.dignum.⁊ hoc eſt verũ niſi ex genere inſtrumenti preſumitur dolus vt ſi percuſſit ferro.nam ex genere inſtrumẽti preſumitur animus ⁊ atrocitas maleficij.tex.eſt no.extra de homi.c.ſignificaſti.in fin.verſicu.ex qualitate inſtrumẽti preſumitur vulnus atrox ⁊ mortale.⁊ facit qd not.per gloſ.⁊ Iac.de are.ĩ.ad.l.cor.de ſica.l.j.§.ſed ſi claua quod tene menti.

Additio Baldi.

Sed ⁊. ¶In text.ibi ſi magiſter.vide Archi.xiij.diſt.oratoria.⁊ qualia dz eſſe doctrina vide p Archi.xliij.diſt.c.j.⁊.xlvj.diſt.prohibentur per ac.de multiplici bñdictione.vide Arc.j.q.j.dictum.In text.ibi:ſed ⁊ ſi infans ⁊ furidſus.⁊ videt̃ qd non obligatur.nam legibus non:vt hic.ergo nec conſuetudini cum ſit vera lex.vt ſupra de legi.de quibus:ſed contra.ff.de aut.tu.ſine herede.§.luci⁹.vnde dic qd pſona non obligat̃.vt hic.patrimonium ſic.vt Oldr.ibi.vel dic aut obliga.deſcendit immediate ex ipſa.l.⁊ tunc nõ obligatur.aut mediante cõſenſu vel facto hominis:⁊ tunc non obligatur vtj nota.ſupra de pactis.Item quia per Guli.

Qua actione. ¶No.vulnerato vel offẽſo debent reſtitui expenſe medicorũ ⁊ cetera dãna eſtimabilia.facit.s̃.tit.j.l.ex hac.l.⁊ idem etiam per lombardam. Bal.

1 ¶Homicidium manu vacua poteſt perpetrari.

Occiſum. ¶In tex.ibi,ſtrãgulauerit.ſimile vbuz habes in.l.j.C.de predijs ciu.vbi tex.dicit,cauſas quibus ſtrangulat̃ ⁊c.nominatim exponat loquit̃
1 ibi per ſimilitudinem hic proprie.¶†Not.quod etiam manu
b vacua põt homicidium perpetrari.[b]puta cum pugno ⁊ calcibus ⁊ dicitur homicidium quelibet examinatio.vt.ĩ.eo.l.itez mela.§.celſus ſcribit. Bal.

Sed ⁊ ſi quis. ¶Not.qd ille qui patit̃ ſe nimis onerari eſt in culpa.Item eſt in culpa ille qui incaute tranſit per lubricum.

Proinde Not.quod ille qui eſt ab aliquo ſpecta.⁊ pptereadedit dãnũ alteri nõ dr̃ deliqſſe:ſed ſolum ille qui ſpinxit:tñ qꝛ ille nõ delinquit immediate in alterum ſed mediate tenetur vtili actione nõ directa qd nota pro penis ſtatutorum quia vbi cõpetit vtilis actio non vẽdicat ſibi locum ſtatutum.nam iſta vtilis eſt ex interpretatiõe.Et ſtatuta nõ recipiunt interpretationẽ extẽſiuã.facit.s̃.ti.j.l.pe.niſi eſſet cautum in ſtatuto qd precederetur de ſimilibus ad ſimilia per eandem.l.penul.

a ¶Moderata.Adde text.no.l.l.itẽ q̃rit̃.§.iij.ĩ.loca.et xvij.q.iiij.nullus.⁊ not.in.l.aut facta.ĩ.de penis.⁊ bar.in cõſil.inci.viſis teſtib⁹ examinatis ⁊c.
b ¶Perpetrari.Adde dom.Bald.in.c.iniuria.vl.co.de pa.iur.firma.
c ¶Immediatã.Adde fran.are.in.l.q libe ris.§.hec verba.de vulga.⁊ pupi.⁊ in.l.cã cognita.e.tit.⁊ in.l.ptor ait.in princ.ij.col.de acquirend.heredi.

1 ☞Prelium publicum regulariter eſt permiſſum.
2 Circulus ſi eſt factus intra quem debeat bellari extra circulũ non licet offendere.

Si quis in colluctatione. Nõ punit̃ ille qui in publico pugna percutit pugnatẽ ſecus ſi nõ pugnantẽ vel extra locũ pugne.h.d.⁊ pone exemplũ in ciuitate nr̃a cãpo
1 prelij.¶†No.hic qd publicũ preliũ eſt permiſſum,duellum etiã publica autoritate cõceſſum penã nõ meret̃.ſec⁹ ſi pacto Priuatorũ qꝛ hoc fieri nõ põt.vt.s̃.de pac.l.ſi vnus.§.pacta q
2 turpem.¶†So.not.qd ſi eſt factus circulus intra quẽ dz bellari qd extra circulũ nõ lz offendere qꝛ eſſet extra locũ pugne.⁊ iſte circulus ſeu ſtechatũ appellat̃ pancratiũ.¶Not.cõtra eos q in cãpo proijciũt a feneſtris:qꝛ ſi ſtudioſe debẽt puniri eo qd percutiũt nõ pugnantẽ.¶In gl.que incipit,hic refert in ſi.ſz Lombardã venit ad pugnã.vbi res aliter determinari nõ põt.⁊ cõtra prouocatũ ad pugnã ſunt preſumptiones alias non cogitur acceptare bellum niſi diffamaſſet appellãtem ad bellum de graui ſcelere.puta ſi eum proditorẽ vocaſſet ⁊ ita loquit̃ ius lombardi vel lombardorũ:de quo quidã doctor vltramõtanus q fuit vocatus Petrus Iacobi fecit vnũ tractatum in libellis ſuis.

Sed ⁊ ſi quis ſeruũ. ¶Not.qd etiã quis ex actis leui.ſecuta morte punitur. Bal.

1 ☞Actus attribuitur agenti cum voluntate.

Celſus. ¶Not.diſtinctionẽ vtrum ſuo corpore quis occidat an vero per mediã perſonã.nõ tamẽ ſit diſtinctio an ſuis manibus vel mediante alio miniſtro vel alia re inanimata ſicut pz in exemplo de precipitato de põte:⁊ de piecto in terrã.vnde collidit ſe ad ſaxum.vnde iſte tenet̃ directa actione.l.aquilie.quã diſtinctionem nota pro ſtatutis ex quibus nũꝙ reſultat niſi actio directa ⁊ nõ vtilis:qꝛ nũꝙ accipiũt iſtaz interpretationem extẽſiuã preſertim in odioſis
1 ⁊ penalibus.¶†Item not.qd actus attribuit̃ agenti cũ voluntate:non aggenti ſine voluntate:puta flũmi vel lapidi vñ tunc immediate dicitur fieri non obſtante qd faciẽs vtat̃ medio inſtrumento:ſecus ſi vteretur media perſona faciens ⁊ facit hoc ad notata in.l.j.§.deieciſſe.ĩ.de vi ⁊ vi arma.⁊ dic ſcdz Barto.ĩ.de iniur.l.nõ ſolum.in princi.§.ſi mandato.ibi vide.¶Quero hic dt ſtatutũ qd ſi ex percuſſiõe exijt ſanguis non poſſit fieri concordia.Modo ego proieci quendã in terram ⁊ ex percuſſione in terrã ſecuta eſt colliſio ad lapidẽ vñ ſanguis exiuit queritur an poſſit fieri concordia.⁊ videtur qd ſic:qꝛ ſatis videt̃ exire ſanguis ex percuſſione ſicut ſi percuteretur cũ gladio vel lapide.arg.huius litere:ſed aduocati huius ciuitatis practicant žrium quia illa dictio ex,denotat cauſaz imme
c diatam.[c]vt.l.j.§.ex incendio.ĩ.de incendi.rui.⁊ nau.ſed actus percutiens ſanguinem immediate:ſed mediãte actu ſcdo ats ſecute colliſionis ad lapidem.⁊ ideo remanet quod poſſit fieri concordia ſecunduz generale ſtatutum.non obſt.litera noſtra quia in.l.aquilia ponderatur perſona ſicut immediata vl̃ mediata cã:ſz per ſtatutũ ponderat̃ ipſe actus vtrũ ſit ipſe actus cauſa mediata vel immediata.⁊ ſic diuerſitas p modũ faciendi mediate ⁊ immediate.⁊ opi.iſtã credo veriorẽ.⁊ no.ſic.⁊ alibi in mediata cauſa incipitur.vt no.ĩ.re.amo.l.mulier.Bal.

Idem iuris. ¶No.ꝙ culpa põt omitti tribus temporibus ante factũ qñ nõ inſpicitur qd euenire poteſt.in facto ⁊ poſt factum.vt quis non proſequitur factuz qd dz proſequi nec vtitur eo debet vti.⁊ hoc dicit not.glo.que incipit culpa ergo.⁊ facit quod no.in.c.j.de penis.in clemẽ.vbi vide ⁊ tene menti:quia eſt allegabile tam in materia legali ꝙ in materia morali.h.d.

Mulionem. ¶Not.qd non dz quis attẽtare id ad qd eſt inſufficiens vel imperit⁹.⁊ qd ille q neſcit equitare non debet aſcendere equum.⁊ valet hoc.qꝛ neſcit poſtea equum retinere ⁊ regere ⁊ poſtea equus alteri facit damnum ꝙ tenetur nomine culpe.h.d.

Itẽ ſi obſtetrix. Quemadmodum. ¶No.iſtum text.contra iſtos q faciũt ſeditiones.⁊ vide tex.ĩ.ad legẽ Cor.de ſicar.lij.⁊.l.antep.ibi:qꝛ non debuit.¶No.qd quis non debet trãſire per locum periculoſum ſi tranſit imputet ſibi. Bald.

Additio Baldi.

Item ſi. Nulle hac.l.inſtitutio,d,h,apoſtille.

Item mela. Proculus.

¶ No. qꝺ quis non ꝺebet facere artē ſuā in quolibet loco ſeꝺ in loco competenti. h.ꝺ. Bald.

Si alius. ¶ Nota hunc ver. qꝺ ille qui tenet manꝰ alicuius vt nō poſſit ſe ꝺefenꝺere, ⁊ iꝺeo ab alio interimit̃ non eſt pꝛopꝛie occiſoꝛ licet pro homiciꝺio teneatur. in tex. ibi tenebit̃. l. aquilia. Fran. acc. ¶ In gl. ſup verbo, queri ibi, vel peregrinus. ¶ Not. ꝙ peregrini ⁊ aduene poſſunt ignoꝛare conſuetuꝺines locoꝛum. Bal.

1 ☞ Plures an ſimul poſſint accuſari.

2 In criminalibus, cuius actu quis perierit, ſpecificāꝺum eſt.

Sed ſi plures. Quāꝺo cōſtat plures aliquē ꝑcuſſiſſe ⁊ ex ictu vniꝰ illū ꝺeceſ-

1 ſiſſe: alij ꝺe vulnerato, ille ꝺe occiſo tenetur. ¶ † Seꝺ ſi cōſtat oēs ꝑcuſiſſe nec apparet qꝺ magis perierit ex ictu vnius, ꝙ̃

a alterius oēs ꝺe occiſo tenent̃ ſi ciuiliter agat̃ nec vnꝰ ſoluēꝺo liberat aliū a pena. h.ꝺ. Et ꝺiuiꝺit̃ in ꝺuas partes: qꝛ pꝛimo loquitur reſpectu liberationis. ſcꝺa ibi: ⁊ ſi cū vno. ¶ Itē pꝛima ſubꝺiuiꝺit̃ in ꝺuas: qꝛ pꝛimo loquit̃ qñ apparet ꝺe qualitate ictuū ꝺiſcretiue ſeu ꝺiſtinctiue ſiue ꝺiſtrictiue. ſcꝺo qñ nō apparet ꝺe illa qualitate. ſecunꝺa ibi: qꝺ ſi nō. ¶ In tex. ibi perierit: qꝛ apparet ꝙ vnū vulnus fuit moꝛtale aliuꝺ nō. ¶ Itē apparet qꝺ quis illuꝺ vulnus moꝛtale intulit. ¶ In tex. ibi ꝙ ſi non apparet: quia foꝛte non apparet vnū magis moꝛtale ꝙ̃ alterū. vel ſi apparet non cōſtat quis intulerit qꝺ eſt no. ⁊ notanꝺum. ¶ Nota ꝙ iſte. §. loquitur ꝺe pluralitate ꝺelinquentiū ⁊ proceꝺit vbi tanꝙ̃ ſinguli ꝺelinquunt. ſ; ſi vt vniuerſitas vel vt coꝛpꝰ, ꝺic vt. s. ꝺe iur. om. iuꝺic. l. ſi familia. ⁊. j. qꝺ vi aut clā. l. ſemp. §. qꝺ ſi in ſepulchꝛo. p Dy. ⁊ Ja. ⁊ fa-

2 cit. j. ꝺe penis. l. aut facta. §. ſi. ¶ † Scꝺo no. ꝙ qñ plures ſimul inſultant aliquē ⁊ vnus percutit moꝛtaliter ⁊ alius ꝑcutit: ſ; non moꝛtaliter. ⁊ hoc conſtat quoꝺ ille qui nō moꝛtaliter percuſſit nō tenet̃ ꝺe homiciꝺio. ꝙ eſt verū ſi proceꝺit̃ contra eū ex capite ꝑcuſſionis: ſeꝺ ſi ex eo ꝙ preſtitit alij auxiliū viꝺeret̃ teneri qꝺ ꝺic vt no. j. ꝺe fur. qui ſeruo. §. ſi. nā circa iꝺē factum nō pōt qs eſſe pꝛincipalis ⁊ acceſſoꝛius: ſeꝺ circa ꝺiuerſa vulnera ſic. ¶ In ꝯꝛium tñ facit: qꝛ ſi teneret̃ tanꝙ̃ acceſſoꝛiꝰ ꝺe homiciꝺio obligatio ꝺe vulnerato cōfunꝺeret̃. vt. j. e. l. illuꝺ. in ſi. ⁊ ſic acceſſoꝛiū cōfunꝺet pꝛincipale qꝺ viꝺet̃ irrationabile. ¶ Tertio no. ꝙ in ꝺubio fit interpꝛetatio ꝯ ꝺelinquētes ꝙ eſt notā. ⁊ ſic ꝺubia pꝛobatio qñq; inꝺucit cōꝺēnationē qñ. ſ. ſup illo ꝺubio ꝺiſponit vel pſumit. vt hic tene mēti. ¶ Quarto no. qꝺ vnus pariter vel ꝺiſpariter ꝺelinquentiū ſoluenꝺo nō liberat aliū. qꝺ ꝺic vt not. hic. ⁊. s. ꝺe iur. om. iuꝺi. l. aꝺeo. ¶ Quero hic ꝺicit̃ qñ cōſtat oēs ꝑcuſſiſſe: ſ; qꝺ ſi non eſt niſi vnus ictus ⁊ nō cōſtat a quo fuit illatū vtrū omnes puniant̃

b an nullus: [b] ꝺicit glo. qꝺ nullus: qꝛ nō cōſtat ꝺe perſona ꝺelinquētis. qꝺ no. nō ob. iſte. §. qꝛ hic conſtabat oēs ꝺeliquiſſe. Et ꝺic circa hoc quoꝺ qñq; occurrit ꝺubiū circa factū qñq; circa qualitatē facti: qñq; circa animū ꝺelinquētis qñq; circa perſonā patiētis, qñq; circa qualitatē pſone. Si occurrit ꝺubiū circa factū ſi quiꝺē paſſiue: qꝛ non apparet aliquē paſſum eſſe nō pōt ſeq cōꝺēnatio. l. j. §. itē illuꝺ. j. aꝺ Syllan. Si aūt actiue. qꝛ ꝯſtat aliquē paſſum: ſ; nō cōſtat qs fecerit̃ ſi qꝺē iſtuꝺ allegat̃ factū a pluribus: ſeꝺ ab vno ex quo ꝯ eū nō ꝓbat̃ ſequit̃ abſolutio. facit. j. ꝺe aꝺul. l. ꝺenūtiaſſe. §. q̃ritur. Si vero agit̃ ꝺe pluribꝰ ꝺelinquētibus: tūc loquit̃ iſte tex. ⁊ gl. ſcꝺo caſu qñ ꝺubiū vertitur circa qualitatē facti, non ꝺebemus preſumere qualitatē niſi pꝛobet̃. vt not. Dy. in. c. in obſcuris. facit. j. ꝺe penis. l. ſi preſes ⁊ ꝺꝛ qualitas illa que h; augere penam qꝛ

{ nox vel locus pꝛiuilegiatus a ſtatuto preſumam ergo maleficium cōmiſſum ꝺe ꝺie niſi pꝛobetur ꝺe nocte. ⁊ iꝺeo ꝺicūt quiꝺā qꝺ ſi eſt actū tanꝙ̃ ꝺe nocte ⁊ nō ꝓbat̃ ꝙ ſequit̃ abſolutio ⁊ maxime in ꝺelicto iterabili: qꝛ eſt actum cū coertione tempoꝛis. vñ crimē qꝺ obieciſti nō ꝓbaſti. arg. in. c. abbate. ꝺe re iuꝺ. lib. vj. ſicut in loco ſi non pꝛobaret̃ locus. Alij ꝺicūt ꝙ ſit conꝺemnatio ꝺe facto ſimplici. tu ꝺic vt not. Bar. j. ꝺe aꝺult. l. ꝺenūtiaſſe. ⁊ alij ꝺoc. in. l. p̃toꝛ. §. ꝺocere. j. vi bo. rap. qñq; eſt incertituꝺo penes effectū. ⁊ tunc loquit̃ iſte. §. ⁊. j. ꝺe ſica. l. ſi in rixa. qñq; eſt incertituꝺo pſone faciētis: ⁊ aꝺhuc ꝺeterminat̃ ꝑ hūc. §. qñq; eſt incertituꝺo pſone patiētis. ⁊ tūc ꝺic vt ꝺixi in l. ſi cū exceptiōe. §. in hac. s. qꝺ me. cā. qñq; eſt ꝺubiū ꝺe qualitate pſone. ⁊ tūc ꝺic: vt. j. locati. l. ſi qs ignoꝛās. qñq; eſt ꝺubiū ꝺe mēte ⁊ tunc preſumitur ꝯ ꝺelinquētē. qꝛ eſt ꝺe natura ꝓhibitoꝛū. C. ꝺe ſicar. l. j. §. ꝺiuus. ¶ Querūt ꝺoc. vtrum iſte. §. habeat locum in criminali. bꝛeuiter remitto te aꝺ ꝺictam legē. ſi in rixa. ⁊ aꝺꝺe quoꝺ no. in ſpe. ꝺe homiciꝺio. §. j. verſic. ſ; pone quatuoꝛ. ⁊ ꝺe rap. ver. ſeꝺ pone. ⁊ ꝺe teſte. §. j. ver. qꝺ ſi quatuoꝛ homines. ⁊ per Inn. ꝺe homiciꝺio. c. ſicut ꝺignum. ⁊ per Dy. in. l. q multa facinoꝛa. C. aꝺ. l. iuliam. ꝺe vi. ⁊ in Spe. ꝺe lege. §. iuxta ꝓpoſitiōis. v. qꝺ ſi quis in rixa. ⁊ per arch. xxiij. q. ſi. c. ſi.

Celſus ſcribit. ¶ Nota hūc. §. qꝺ licet pꝛimū vulnus eſſet moꝛtale tñ ſi alius poſtea examinauit non tenetur pꝛimus ꝺe occiſo: qꝛ nō eſt ſecuta moꝛs ex pꝛimo vulnere: patet ergo qꝺ interim ꝺonec aīa ſit a coꝛpoꝛe ſeparata nō pōt quis puniri ꝺe occiſo: quia poſſet moꝛi alio caſu. ꝺe hoc not. Ja. in. l. ꝺamni infecti. §. ſabini. j. ꝺe cōfeſ. l. ſi is qui ſtichum. ¶ Item no. mirabilem moꝺum euaꝺenꝺi pꝛimum ꝺelinquentem.

Additio Baldi.

Item mela. ¶ In text. in. §. ſi plures. Si plures vulnerauerūt vel occiꝺerūt aliquē an oēs teneantur vel vnus tm̃ vel neuter ſic ꝺiſtingue. Aut occurrit incertituꝺo ſeu erroꝛ ex parte agētis ⁊ iniuriā paſſi. Aut ex parte paſſi tm̃ aut ex parte ꝺelinquentis tm̃. Pꝛimo caſu qñ eſt incertituꝺo ex parte vtrinſq; ceſſat pena. vt. l. ſententiā. §. ſi inſtrumenta. Secunꝺo caſu qñ eſt incertituꝺo ex paſſo tantū tūc aut talis incertituꝺo nō pōt ex poſtfacto certificari ⁊ non punit̃ ꝺelin- a
quens. vt not. s. titu. j. l. j. §. cum arietes. per Dyn. Aut certificatur ex poſtfacto: exemplū ꝺe eo qui ꝓiecit in vulgus ⁊ ceciꝺit ſuper titiū: ⁊ tūc punit̃. j. e. ſi putatoꝛ. Aliqñ eſt erroꝛ ⁊ tūc aut circa pſonā pꝛincipaliter paſſi ⁊ punit̃. Aut circa pſonā eius aꝺ quem extenꝺitur iniuria ſecunꝺario ⁊ non punit̃ vt. l. b
eum qui nocentem. §. j. ꝺe iniur. Tertio caſu quāꝺo eſt incertituꝺo ex parte ꝺelinquentis tātum: ſubꝺiſtingue: na; tūc aut eſt incertituꝺo circa factū aut circa effectū aut circa aliquam qualitatem. Si circa factū. i. quis ex pluribus fecerit cū vnus tātum percuſſit ſequitur abſolutio. vt. j. ꝺe penis. abſentē. qꝺ intellige ſi non habuerant omnes pꝛopoſitum occiꝺēꝺi alias omnes tenentur qꝛ cōmunicato conſilio factū eſt: quia cōſtat omnes opem ꝺeꝺiſſe. Unꝺe conſiꝺeranꝺum eſt vtrū cōmunicato conſilio iuerūt animo occiꝺenꝺi: ⁊ tunc omnes puniantur. ꝺe penis. aut facta. §. ſi. Aut non tunc nō puniant̃. Et iſta incertituꝺo plerunq; occurrit in rixa vt no. s. quoꝺ metꝰ cauſa. ſi cum excep. §. j. Si circa effectum. vt quia oēs percuſſerūt tamen neſcitur ex cuius vulnere moꝛs ſit ſecuta: tunc aut oēs percuſſerunt ⁊ ſimul aut ꝺiuerſis tempoꝛibus ⁊ ſi ſimul ſingulorum ictus ſunt contemplanꝺi ſi ex hoc pōt certificari quis moꝛtem intulerit: ⁊ tunc ille puniat̃ q occiꝺit non aliꝰ qui non intulit moꝛtale vulnꝰ: ſeꝺ punietur alius ꝺe vulnerato. vt hic. Seꝺ ſi vulnus erat moꝛtale qlibet punietur ꝺe occiſo. vt. j. eo. ita vulneratꝰ ⁊ ꝺe ſica. l. ſi plures. ꝺe ꝺiuerſis tēpoꝛibus. Aut quoꝺlibet vulnus erat moꝛtale ⁊ quilibet punietur ꝺe occiſo ſi hoc conſtat. vt. l. ſi ita vulneratꝰ. Aut alterū tm̃ vulnꝰ erat moꝛtale. ⁊ tunc aut ſecunꝺo illatum tātum ⁊ pꝛimus nō tenet̃ ꝺe occiſo. vt. l. huic ſcripture. §. ſi ſeruus. Aut pꝛio loco illatū erat moꝛtale: ⁊ tunc ſecūꝺus tenet̃ ꝺe occiſo: quia viꝺet̃ titius moꝛtē intuliſſe per aꝺiectionē ſecūꝺi vulneris. vt. l. quā actionem. §. ſi quis ſeruū. ſupꝛa eo. Aut occurrit incertituꝺo circa aliquā qualitatem ⁊ tunc aut ius preſumit certo moꝺo ⁊ ſtanꝺum eſt in iur. pſumptiōe. vt. C. ꝺe iniur. ſi nō cōuicij. Aut nō pſumit certo moꝺo: ⁊ tūc lenioꝛ via eſt eligēꝺa. vt. l. ſi preſes. ꝺ penis. ⁊ no. per Dyn. in. c. in obſcuris. ſcꝺm Jac. butri. viꝺe ol no Dy. in. c. in penis. ꝺe reg. iu. lib. vj. ⁊. c. in obſcuris. aꝺ fine;. Latius vtrū plures poſſint ſimul accuſari. ꝺic vt not. Cyn. in l. j. C. ſi reus vel ac. moꝛ. fuerit. ⁊. C. q ac. nō poſſunt. l. cum rationibꝰ. Dic bꝛeuiter aut loqueris eo. libello. aut ꝺiuerſis. Si eo. aut accuſat̃ ꝺe eoꝺem crimine vel connexis ⁊ tunc etia; mille poſſunt eo. libello accuſari. vt. l. attiliꝰ. ꝺe fal. ⁊. l. nec intereſſet. §. fina. ꝺe aꝺul. fallit quanꝺo eſt ꝺatus oꝛꝺo a iure: vt. l. ꝺenuntiaſſe. §. querit̃. Itē fallit vbicunq; nō aꝺmittitur cumulatio: vt. l. j. C. ꝺe furtis. l. j. in ſi. ſi fa. fur. fe. ꝺi. Aut accuſant̃ plures eoꝺē libello. i. ſub vna cōcluſione libelli ꝺe criminibus ſeparatis. Et tunc aut apponit̃ in initio. ⁊ non pꝛoceꝺit libellus. ar. ꝺe exc. rei iuꝺi. l. ſingulis. Aut nō apponitur ante nomē receptum inter eos: ⁊ tūc ꝓceꝺit libellꝰ. vt not. C. ꝺe accuſ. ſi accu. Si ꝺiuerſis libellis: aut accuſat pꝛoſequenꝺo ſuam vel ſuoꝛū iniuriam ⁊ pōt etiā mille accuſare vt. l. cū rationibus. Aut ꝓſequenꝺo publicam vinꝺictam tunc non: ⁊ poteſt pluſquam ꝺuas accuſatiōes facere, vt ibiꝺē. qꝛ repellitur vł ꝓpter ſuſpicionē tēpoꝛis que eſt. vt i. §. maritꝰ. vel quaſi litigioſ. quia ꝺue vices inꝺucunt conſuetuꝺinē. l. iij. ꝺe epi. auꝺi. Aꝺuerte quoꝺ ꝺixi ꝺe connexis criminibus infiniti poſſunt accuſari eoꝺē libello eſt verum qñ omnia crimina puniuntur eaꝺem. l. ⁊ eaꝺē pena vel eaꝺē. l. ⁊ ꝺiuerſa pena. ⁊ ſic nunc verbū in cōcluſione pꝛolatū ſignificauit ꝺiuerſis moꝺis ꝓut refert̃ aꝺ ꝺiuerſos. C. ꝺe teſta. mili. in teſtamēto. in fine. l. ij. ꝺe offō pꝛocōſul. ⁊ legati. Seꝺ qñ punietur ꝺiuerſis legibus vꝛ̃ qꝺ plures libelli ſint neceſſarij. Nā illuꝺ eſt lex in crīali qꝺ obli. in ciuili: ſicut obli. eſt meꝺiū ꝑri. in ciuili ſic lex in crīali: ⁊ ſicut aꝺ ꝺiuerſas obligationes ſequit̃ ꝺiuerſitas libelloꝛū in ciuili. ſic aꝺ ꝺiuerſitatē legum ſequit̃ ꝺiuerſitas accuſationū in crīali. Similia vba po

a ¶ Tenent̃. aꝺ ꝺe feli. in ca. ſignificaſti. aꝺ ſi. iij. col.

b ¶ Nullus. viꝺ feli. i. ꝺ. c. ſignificaſti. ⁊ ꝙ ibi ꝺixi in apoſtil.

pit gl.C.de cuſto.reorũ.ad cõmentarieñſem.⁊ Guli.in.l.j.C.de fide inſtru.⁊ vide qd not.in ſpecu.de accuſa.poſt princi.¶ In tex.ibi,appareat.vide oĩno quod no.Inn.de homicidio.ſicut dignũ.in magna gl.in fine.Cuius ictu perierit.vide in Spe.tit.ij.§.iux.propoſitionis.ver.quid ſi quis in rixa.⁊ in ſpe.de homicidio.§.j.verſi.ſed poñ.quatuor.Et vide ſimile dubium in Spe.de raptore.verſicu.ſed poñ.vide omnino in Spec.de teſte.§.j.ver.quid ſi quatuor hoĩes.⁊ p alb.gall'.in ſua margarita in ti.de accuſatore.⁊ p gãdinum in ſuo opere plene tractatur.¶ In tex.ibi,teneri ciuiliter.no.l.corneliam.de ſica.nã in criminali ſpecificari oportet cuius ictu perierit ⁊ dilucide pbari debet dolus.vt.s.de dolo.Itẽ exigitur.ſʒ in.l.aquil.venit culpa.vñ nõ eſt neceſſe ſingula ſic ſpecificari ⁊ probari.ar.s.qd metus cauſa.ſi cum ex.§.in hac.vnde in criminali oẽs puniendi erunt ſed pena mitiori ratione incertitudinis vt habes hic ſuper libro ho.bo.Pone qd reperitur aliqs occiſus in territorio alicuius ville tñ non conſtat an ibi vel ibi fuerit interfectus an poterit fieri cõdẽnatio.diſp.Arch.⁊ incipit cũ in ſtatutis ciuitatis Padue.ibi vide arg.quod ſi pena eſt ſimpla puniatur ſi dupla non in duplum ſed in ſimplum.l.qr ratione loci incerti non duplatur pena.ſed ſolũ ſimplatur de cõdi.⁊ de.l.in teſtamento.el primo.

Sed ⁊ ſi plures. Si ſeru⁹. ¶ Nota in iſto.§. diſtinctionem gloſſ.de poſſeſſore cum titulo vel ſine titulo.¶ Item loquitur iſte.§.de poſſeſſore in detentatore. Item allegatur iſte.§.qd vbi dominium deducitur incidenter vel acceſſorie ſufficit probare poſſeſſionem cũ titu.⁊ facit.j.de ſol.l.titia.⁊ facit.s.ſi ſeruitus vendi.l.ſicuti.§.ſi queratur.videbitis in.l.j ſ.fami.erc.⁊ facit communi diui.l.communi diuidũdo.§.inter predones.

An fructuarius. ¶ In text.ibi,vtile.quia ſunt domini ſui iuris non tamen ſunt domini rei.hoc dicit. Baldus.

1 ☞ Fictio requirit duo extrema.

HIc ſcripture. ¶ Nota qd fictio eſt hic quia dominium rei legate tranſit in legatariũ a die mortis teſtatoris ⁊ hoc per fictionem.ſed vere a die adite heredi-
1 tatis vt no.in.l.ſi tibi homo.§.ſi ſeruus.j.de lega.j.¶ † Item not.quod fictio requirit duo extrema ⁊ requirit vbi figat pedes.vt no.Cyn.C.de ſen.paſ.l.fi.⁊ per eandem vbi declaratur hec.l.C.de vſuris.⁊ fruc.leg.l.in legatis.⁊ vide quod no.Jac.j.de lega.ij.l.mortuo boue.

Si ſeruus. ¶ No.qd quando vulneratus poſtea moritur nõ eſt neceſſe quod in libello accuſatorio deducatur tp̃s mortis ſed tempus vulneris: qr tunc eſt delictum conſummatũ. Interim tamẽ nõ põt infringi pena homicidij:qr poteſt ex alio caſu perire.⁊ quia interim de homicidio non apparet ⁊ hoc teneas pro vero. In ɔtrariũ tamen facit qd not.j.de confeſſis.l.ſi is qui ſtichũ.⁊ per Dy.j.de damno infect.l.damni.§.ſabini.⁊ ibi etiã per Jacob.⁊ ideo quidam noſter miles.ſ.domi.Odofredus non recte fecit.ſ.dũ eſſet poteſtas Florentie:qr decapitauit vulnerantem anteq̃ eſſet mortuus vulneratus ⁊ debuiſſet ipſe de homicidio puniri.ar.huius litere.⁊ ita fuiſſet niſi quia poſtea dux venit Florentiam ⁊ liberauit eum. Bald.

a ¶ Tp̃s. Adde do. bar. ſoci. in cõſi. clxxviij. in cip. pmo aſpectu. ver. in hoc vide in fine. in prima parte.

b ¶ Pro cõdẽnato. Adde. d. õ ro. deci. ccccxxv.

SI dominus. ¶ No.tex.in fi.qd ius accreſcendi trahitur retro.hoc dicit.

Additio Baldi.

1 ☞ Quis vbi reperitur mortuus nec apparent vulnera non preſumitur occiſus.

HIc. ¶ Vide Cy.C.de vſur.⁊ fru.lega.l.in legat.ibi oĩno videas.vide Ja.de leg.ij.l.mortuo.¶ In tex.ibi,mortifere. vide Inn. extra de homicidio.ſignificaſti.¶ In tex.ibi,hec ita.vide Jaco.de dam.infec.l.qui bona.§.cũ inter.⁊ vide oĩno Jac.⁊ dy.de dam.infec.l.damni.§.ſabi.Quando quis dicat̃ conſtitutus in diſcrimine vite an preſumatur quis mortu⁹ ex vulnere ⁊ ex quo vide pleniſſime melius q̃ alibi per Jac.in ſumma
1 feudorum quinta charta.§.quod dictum eſt.¶ Item nota qd vbi reperit̃ qs mortu⁹ nec apparẽt vulnera non preſumit̃ occiſus ſʒ ſua morte mortu⁹.vt.l.j.C.vbi cen.fiſca.⁊.l.j.§.iſtud.ad ſill'.vide qd no.in.l.j.C.de emẽda.ppinquorũ.⁊ vide.C.de ſica.eũ qui.⁊.ff.eo.l.j.§.ſʒ ſi claua.⁊ extra de homicidio ſignificaſti.

AIt lex. ¶ No.ĩ vbis.qd ſi mortifere quod nõ eſt vis decedãt qs de vulnere im-
a mediate vel poſt longũ tẽpus.[a] nõ ob.qd no.in.l.j.C.de emenda.ſeruo.qr illa gloſſa nõ loquitur ſecũdum ius ciuile ſed ſecundum legem moſaicam.qualiter vero probet̃ quẽ eſſe mortuũ ex vulnere vel non eſſe ex vulnere mortuum not.Jac.in ſumma feudorum.in quinta charta.§.qd dictum.⁊ facit quod no.j.locati.l.martius. Bal.

PRoinde. ¶ In textu ibi,itẽ cãe.Not.hic cõſiderari rẽ cũ ſuis qualitatibus ⁊ coherentijs nõ ſimpl'r.¶ In tex.ibi. depretiata.i.precio minorata. Bal.

NAde naratius. Idẽ iuli. Conditio poteſtatiua quando impeditur p factũ hominis nõ habetur pro impleta:ſecus ſi impediretur per factum nature.hoc dicit.facit qd no.in.l.j.C.de inſti.⁊ ſubſti.vbi videas.h.d.

¶ Additio Baldi.

NAde neratius. ¶ In tex.in.§.hec actio aduerſus ſed qñ fiet hec interrogatio dicũt quidã ante litis cõte.al's neſciret actor qño peti. ſuaʒ formaret.⁊ hoc innuit gloſſa hic poſita que dicit ante litis cõteſt.poſſe fateri.⁊ ita iungitur alijs interrogationib⁹ que fiunt ante lit.cõteſt.hoc ſatis videtur bene dictum. Alij dicunt proponi libellũ ſub conditioue.C.locati.conductores.⁊ ſecũdum hoc fiet poſt.lit.conteſt.Richar. Bal.

Idem iulianus. Si quis. hominẽ. ¶ Nota quod ille qui confitetur maleficium quod a nemine ⁊ commiſſum:hoc probato non punitur.ſecus ſi ab aliquo ſit commiſſum licet non a ſe.quia tunc punitur.ita dicit text.gloſſa dicit quod eſt ſpeciale in actione.l.aquilie.alias enim nunquam punitur ille qui confitetur feciſſe maleficium quod non fecit ſi hoc iudici liquet. vt.j. de.q.l.j.§. ſi quis vltro. ⁊ hec eſt veritas. Bal.

PRoinde ſi occiſus. Not.hic gloſſ. qd omnis occiſus eſt mortuus.ſed non econtra.h.d.

Si procurator. Falſa confeſſio procuratoris ſuper crimine non afficit dominum hoc dicit. Bal.

Notandum. ¶ Nota quod qñ quis confitetur de plano crimen, põt ſibi ciuiliter fieri preceptum,nec eſt opus diffinitiua etſi confitetur dãnũ.ſed eſt contentio de quantitate damni hec ſola quantitas erit diſcutienda.h.d.

¶ Additio Baldi.

PRoinde. In fi.vide Innocentiũ de clericis coniu.diuerſis fallacijs.⁊ nota qd etiam poſt cõfeſſionẽ qñq̃ admittit̃ defenſio vt ſi opponatur excep.per quã negat ius ⁊ non factum vt nota.C.de iura.calum.l.ij.¶ In gloſſa,ergo.vel quomodo petitio non concludit.vt nota.l.eodem.§.ſinautem re⁹.in gloſſa cum quo quia licet petentem errorem vel qr de alio c.agitur.quam de confeſſato.dicto.§.ſinautẽ.ibi in his capitulis ⁊c.vel quia confeſſio ſit obſcura non poteſt interpretari.vt extra de accu.cum dilectus.vel ſi cõfeſſio legitime reuocetur.vt.C.de errore aduocatorum.l.fi.Et ſic non ob.lex error.
b quia confeſſus habetur pro condemnato[b] verũ eſt niſi reuocetur confeſſio,⁊ vide quod nota.C.de pig.ac.l.iij.⁊ quod dico in.l.admonendi.¶ In gl.que incipit.i.vt eſtimet.in fi.ſic etiã aliquis habet poteſtatem ſoluendi.ſed nõ cauſe merita diſcurrendi.vt extra.de reſcriptis.ab excommunica.¶ Iteʒ excep.notorij examinatione nõ indigent.vt extra de ele.bone.Ric.¶ In gl.que incipit.ſcilicet dominum.de hoc tangitur extra de poſtul.c.j.in glo.per hoc videtur.de ſententia ⁊ re iudi.ſuborta.⁊ de cauſa poſſeſſionis.cum olim.⁊ vt lit.non conteſt.c.j.vbi de hoc ple.no.Richar.

SI ſeruus ſeruum. Ubi cõcurrunt plura delicta ibi non currunt plures actiones.h.d.

Item ſi ſeruus. ¶ Not.qd lʒ actio intentata ſit diuidua tñ beneficiũ dãni pro noxa eſt indiuiduum ⁊ non poteſt fieri niſi cuilibet inſolidum.qñq̃ ergo principale eſt diuiſibile ⁊ acceſſorium eſt indiuiſibile.⁊ nota bene hunc.§. Bal.

Serui autẽ. Ex delicto ſerui obligatur dñs nõ ille qui iam poſſedit.h.d.

Si quis inſulam. Quando factuʒ excedit voluntatem tenet̃ qs de toto facto nõ inſpecto propoſito voluntatis.h.d.⁊ not.hñ.§.iſtum.⁊ hoc eſt verum quando excedit reſpectu rei,ſed qñ excedit reſpectu perſone dic vt.j.de iniu.l.eum qui neceſſita.§.fina.vel exigitur dolus hic non.

1 ☞ Domitum petens ignem extinguere debet.
2 De culpa cuſtodis quem quis appoſuit tenetur.

5 Vitio naturali non parcitur quando culpa precedit.

1 **Si fornacarius.** ¶†Not. ꝙ cum quis vadat dormitū debet extinguere ignē vel ita aptare ꝙ nocere nō poſſit. alias eſt in culpa ⁊ tenetur ex incēdio ſubſecuto quod no. cōtra inquilinos.
2 ¶†Item not. quod quis tenet de culpa cuſtodis quem ap-
3 poſuit. ¶†Item not. quod non parcitur vitio naturali quando culpa precedit. Bal.

Si furnum. Ratio damni facti occaſione furni agitur in factum ratione furni ⁊ petitur cautio damni infecti.

Proculus. No. ꝙ vbi ex vno facto oriuntur plures actiones non tn̄ orit̄ niſi vna condēnatio. Sol. no. ꝙ beneficium dādi pro noxa perdit quis ratione late culpe ſed non ratione leuiſſime culpe.

Inquit lex. ¶Not. ꝙ corrumpēs ſegetem ſeminando zizaniā ſiue loliū tenet dn̄o et colono. ¶Scd̄o no. ꝙ qui ponūt ſuccū cepe in vino vt corrūpatur tenētur. ¶Tertio no. ꝙ ſepe poſt caſus ſpāliter enumeratos apponitur clauſula generalis vt oīa cōplectatur ⁊ qd̄ clauſula gn̄alis vt oīa cōplectat̄ generaliter eſt intelligēda. ⁊ ad hoc ſemper allegat̄. ¶In gl. que incipit, ſic vides. in fi. dic vt no. Cy. C. de leg. l. non dubium. in vltima. q.

a **Rupiſſe aūt.** Nota quod vulnus eſt inciſio cutis [a] nec appellatur vulnus tumefactio ſeu inflatio. ¶Scd̄o no. ꝙ in actione. l. aquil. ponderatur dānū in qualitate intrinſeca vel inextrinſeca vel ex impenſ. factis: ſed in actione iniuriarū non eſt opus ꝓbari dānum, q2 ordinatur ad vindictam, ⁊ nota iſtum. §.

Si quis de manu. No. in ver. qd̄ ſi aliquē. ꝙ punitur ille qui dat opem mediate non ſolum ſi immediate.

Si mulier. No. ver. ⁊ ſi nullum, cōtra ſcholares q imponunt rōcino tam magnam valiſiam quod eam ferre non poteſt. Bald.

Si oliuam. ¶No. ꝙ vr̄ donare impenſam ille q impedit i recollectiōe fructuū rei ab altero poſſeſſe. Itē allegat̄ iſte tex. ꝙ aliud eſt dānū aliud eſt furtū. dānū eſt cū rei corruptiōe. furtū eſt cū amotiōe ⁊ hoc eſt notādū ꝓpter ſtatuta q̄ dāt certā formā in dāmnis datis.

Et ſi puerū. ¶No. ꝙ etiā bonum quis mihi faciendo interdum fecit mihi iniuriā quod eſt multum notandum ſecundum gl.

Si calicē. ¶No. ꝙ cōuentio facit ceſſare actionē. l. aqlie. ſicut actionē ex ꝯtractu. h. d.

Si cū maritus. Actio legis aquilie redditur etiam inter virum ⁊ vxorem. hoc dicit Bal.

Si quis edificij. ¶No. tex. ꝯ frāgētes oſtia ⁊ hēs tex. j. de furt. l. verū.

Si ex plauſtro. Facit ꝯ mutatores qui male ordinant lapides, ⁊ ideo dant damnum.

¶Additio Baldi.

Si ſeruus. Cum querit̄ vtrū enumeratio ſpecierū reſtringat gen9 dic ꝙ aut fit ad limitationē depoſitionis ⁊ reſtringendū ſignificat gen9, aut fit ad qualificādū ſpecies. Aut fit ex abū-
1 danti ad maiorē expreſſionē liberalitatis ⁊ ad ampliandum. Aut eſt dubiū. ¶Primo caſu reſtringitur genus: ſed aliter
2 ⁊ aliter nō qn̄qꝫ ad reliquas ſpēs poſt enumeratas vt cū ſpecies proferūtur exceptiue. vt. l. nam quod liquide. §. baſilice. ⁊ cum delanionis. §. cui fundus. l. coheredi. §. qui patrē. qn̄que ad enumerata tm̄ vt qn̄ nō eſt niſi vna diſpoſitio nō habens ex. c. aliquā nec aliā ſpecialē diſpoſitionē in aliū collatā. vt. l. legata ſupellecti. ij. rn̄ſo. ¶Scd̄o caſu ēt reſtingit genus propter qualitatē importatā per ſpeciē expreſſam non vi enumerationis ſpecierū: ſed q2 accidēs reſtringit ſubiectū. ⁊ ideo in §. cui dulcia. qualitas reſtringit genus: nā verbū cū qualitate prolatū eſt prolatū cū quadā differētiā ab alijs ſpeciebus quibus nō ineſt qualitas. Et ideo reſtringit genus ſi nō eſſet adiecta q̄litas veniret ſpecies quomōcūqꝫ qualificata certo modo qualificat totā diſpoſitionē, q2 tota eſt vna diſpoſitio ⁊ tota dꝫ vniformiter intelligi. ¶Tertio caſu nō reſtringit
1 vt in. l. q̄ſitū. in fi. ⁊. l. q mutuā. ¶Quarto caſu ſubdiſtingue. Aut genus ⁊ ſpecies ſunt collate in ꝑſonis diuerſorū, ⁊ tunc ſpecies derogat gn̄i. vt in. §. baſilice. nō ob. de an. le. l. titia. §.
2 qui Marco, q2 ibi erāt due cāe ſpeciales ꝯcurrētes in vnam perſonā ⁊ id̄ faciūt vnū cēſeri vt duo, vbi v̄o nō cōcurrit niſi vna cū tūc idem. §. baſilice. Idē ſi nulla cā ſit expreſſā. vt lege libertis quos. ⁊ lege ſtichus. eodē tit. Aut gen9 ⁊ ſpēs eſt collata in ꝑſona vni9 ⁊ vtrū affirmatiue: ⁊ tūc aut enumeratio ſpecierū remunerat ſpēs ꝓut tacite inſunt ſub gn̄e ⁊ non reſtringit gen9. vt. §. cui dulcia. nā ibi enumerādo vinū noluit vinū venire q2 vinū: tn̄ ſub gn̄e nō inerat q2 vinū, ſꝫ q2 dulce. ⁊ ſic expreſſit teſtator aliter. i. ſub alia mētione q̄ ineſſet. Sed oppo. q2 ſemꝑ ſunt collati. in ꝑſonis diuerſorū. vna heredis, alia legatarij. So. intelligēdo de ꝑſonis diuerſorū. ſ. honoratorū nō onerati ⁊ honorati, q2 nō eſt fauendū onerate, ſꝫ honorate. Preterea heres vocat̄ ex gn̄e gn̄aliſſimo: legatarius ex ſubalterno. ⁊ genus gn̄aliſſimū qd̄ eſt hr̄ditas non poteſt eximi a ſpē. ⁊ ideo ſpecies legatarij eximit̄ ab herede: nō ecōtra. nō ob. predic. de leg. j. ſi dn̄o, q2 legatū optiōis eſt legatū vnius ſpēi. ⁊ ſic ſpeciale nō gn̄ale, vt patet ex effectu. l. iij. qui ⁊ a quib. Itē nō ob. de vſufru. leg. ſi alij. q2 ibi vterqꝫ eſt legatarius ſpēi. vel dic ſingulariter reddēdo aliā rationē quare in. §. cui dulcia. ſpēs reſtringit genus. reſpōdeo: q2 p̄cedit ſpecies, ⁊ ſequit̄ genus cū copula, ⁊ natura copule eſt repetere precedētia in ſequētibus. vt. l. ſeie. §. caio. de fund. inſtr. Scd̄o, querit̄ in. l. queſitū. §. ſi. ſpecies nō reſtringit genus. Reſpondeo ibi genus precedit ⁊ ſequit̄ ſpecies cū dictione cū qua cōiungit acceſſorie: ⁊ ſic ſibi teſtator loquebat̄ de ſpēbus inferēdo ex genere nō limitādo: q2 non eſt natura ꝯſequētis vt reſtringat an̄cedēs. Pre. ibi ille ſpēs nō importabāt talē qualilitatē q̄ poſſet ineſſe toti generi: ſꝫ ſolam ſubſtātiam. Tertio quare in. l. legata ſupellectili. dr̄ quod enumeratio ſpecierum nō reſtringit: ſꝫ enumeratio indiuiduorū ſic, vt ibi in ſcd̄o reſpon. pōt arg. colligi. vt in. §. cui fundū. reſpondeo: q2 numerus eſt mēſura, ⁊ ſic limitatio. vnde etiā in ſpeciebus aut ſunt enumerate per modū numeri, vt ſi dico duo vel tria: ⁊ tūc reſtringit. aut ſimplr̄ tūc loquūtur p̄dicta. l. legata. ¶Quarto quare in. §. baſilice. derogat ſpēs generi. v. l. liber. ecōtra in. §. baſilice. diſpoſitiōes ſunt cōpaſſibiles in. l. liber. poſterior cōiungit priorē. q2 ꝯtrarie. ſed ar. cōtra in. l. legatorū. §. qui plures. de leg. ij. ſꝫ ibi teſtator indefinite locutus eſt. i. indiſtincte ⁊ indefinita locutio intelligit̄ ſm̄ p̄cedētia. ſed in. l. liber non poterat intelligi ſm̄ precedētia propter vim vniuerſalis locutionis. vt in. §. vtrū. Sed cū tam in. §. baſilice. q̄ in. l. libertus teſtator eſſet vſus verbis vniuerſalibus, q2 in vna preualet ſpecies: in altera gen9. Reſpō. in. §. baſilice. nō erāt relicta alimēta. ſꝫ quātitas ad alimēta. Sꝫ in. l. ſtichus idē. ſ. i. alimentorū erat vtroqꝫ legatū. Et ſic ibi circa idē verſatur contrarietas. non obſt. qd̄ ibi dr̄ ad omnia, q2 ad oēs direxit epiſtolam. indefinitū tamen ſermonem continent. de ſupremis ſuis loquitur quandoqꝫ quis cum alio quam cum grauato. ¶In a
tex. ibi ſed non eſt nouum. An per precedentia generalis clauſula reſtringatur. vide Alico. de mata. in. q. quam diſputa. ⁊ incipit quidam ex legitima ⁊c.

[a] ¶Cutis. ad hoc ang. i trac. maleſici. v̄. ꝑcuſſit ⁊ vulnerauit

Qui foueas. Nota qd̄ non debet quis facere foueam vbi homines ꝑtrāſeūt. Iſta. l. facit in ar. ꝓ eis qui faciūt aliquod edificiū. ⁊ ponunt perticas vt tranſeuntes de hoc perpendant. hoc dicit.

¶Additio Baldi.

